cutus ē marie dicēs. Aue gratia ple
na dñs tecū benedicta tu int' mu
lieres. et benedict' fructus uētris tui.
Exau
diat
te dñs in Maria dix. psalmus.
die tribulationis: protegat te
nomen dei iacob.
Mittat tibi auxiliū de scō:
et de syon tueatur te.

Memor sit omnis sacrificii tui:
et holocaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum:
et omne consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tuo:
et in nomine dei nostri magnificabimur.
Impleat dominus omnes petitiones
tuas: nunc cognovi quoniam salvum
fecit dominus christum suum.
Exaudiet illum de celo sancto
suo: in potentatibus salus dextere eius.
Hii in curribus et hii in equis:
nos autem in nomine domini dei
nostri invocabimus.
Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos
autem surreximus et erecti sumus.